

Quid sit co-
poeum.

suspenditur, sicut gladius dum cubitum itur. Consentaneum videtur rationi: *Percussis* bis (dicitur, v. 10.) in cervicem eius, & *abscedit caput eius*, & *absulit conopeum eius à columinis*. Non enim cum tentorii ornatu progredi in Bethuliam commode quibatur: imò si conopeum suspensum erat in columna lectuli (sicut pugio qui in ea ligatus pendebat, v. 8.) profectò non erat cubicali ornatus, neque papilionis cultus; sed dives serica tela, à cervicalibus iam remota, innuitur, 16. 23. *Conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili*. Ita ergo hoc loco intelligendam Conopeum: quo sensu nequit exponi, 10. 19. ubi: *Videns Iudith Holofernem sedentem in conopeo, quod erat ex purpura & auro, & smaragdo & lapidibus pretiosis intertextum*. Hic igitur intelligendum est de soppo, quod erat in tentorio, pretiose ornato: ibi de velo duntaxat serico. Ideò præmittitur, v. 16. *Duxerunt illam ad tabernaculum Holofernis*. In tentorijsque Principum ad audientiam legatorum, atque occurrentium iudicium, semper tribunal cultissimum, atque pretiosum suggestum; uti in tentorio Alexandri *Sella aurea*, teste Aeliano, quo supra.

32 Cur autem cum Holofernis capite, conopeum heroïna in Bethuliam intulit; haud alio intuitu factum credendum, quam quòd crederetur factum. Adhuc coram, capite Spitiamentis (de quo num. 11.) teste interfectricæ uxore, & seruo complice testis nulla fides data: *Considerat oris exanguis notas pallor* (ait Curtius, d. cap. 3.) *neq; quis esset, nisi satis poterat*. Hinc Iuditha conopeum altimabile cum capite secto secum in Bethuliam attulit, ut illò, eisd affectum pallore, caput esse Holofernis ostenderet, haud quam gregarij militis, cum ipsum conopeum, cuius esset caput, infallibile signum. Ita spolia victoriam erat victoribus ornamenta, ac victoria testimonia, ut visum apud Græcos in Critalò, & apud Romanos in Horatio, referente Plutarcho, in *Paralel. n. 32*. Hoc Holofernis spoliolum, quod post in templo trophæum. Holofernes vigilans somnivit in vacuum. Cuncta templi ornamenta spe convalavit in usum, eiusque supellex famosum ornavit templum. *Iudith universa vasa bellica Holofernis, & conopeum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblivionis*. Quid sit Anathema oblivionis, diximus, *Tom. 3. T. 7. n. 11*. Non aliter David fecerat. *Caput Philisthai attulit in Ierusalem, arma vero eius posuit in tabernaculo suo*; nimirum, ierusalem, reciprocò suo, pro relativo eius: de quo alibi. Usitatum cunctis nationibus capita belli stragei, Archiducis, & victi Imperatoris exercitus, eiusque Archistratæ, lancea figi, & in ludibrium, sive trophæum. De Prolomeo Cerauno ait Iustin, lib. 24. *Caput eius amputatum, & lancea fixum tot à acie ad terrorem hostium circumfertur*. Sueton. in *Galba*, cap. 20. *Hausta caput suscitum non sine ludibrio circum castra portarunt*. Vide Tacitum, 1. *Histor. cap. 44. & 14 Reg. 3. 19*. Unde Virgil. 9. *Æneid. v. 465*.

Cap. 16. 23.

1. Reg. 17. 54.

Reciprocum
prolativum
Caput victi
Ducis suffi-
xum hasti,
Iustini.
Sueton.

Virgil.

Hom.

Appian.

Stat.

2. Mach. 11. à 30.

Cadere sub
femina, ma-
xima igno-
minia.

*Quin ipsa arreclis (visu mirabile) in hasti
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,*
33 Non solum inolevit huiusmodi ritus, sed pretiosa & insigniora ex hostibus templa dicare; ut ibi monumentum victoriae possint immobiliter permanere, & à cunctis in plaustum ac commendationem conspici. 1. Reg. 31. 10. *Posuerunt arma Sank in templo Ashtaroth*. Homer. 7. *Iliad. v. 82*.

*Arma adimens feram ad Ilium sacrum,
Et suspendam ad templum Apollinis.*
Appianus in *Annib.* inquit: *Cum armis egerent Romani, quæ sita ab alijs bellis, & ad deum cus affixa templi, spolia detraxerunt*. Ovid. *Epist. 13. v. 144*. *Refras arma Iovi*. Papi-
nius identidem, sed perspicuius, 2. *Thebaid. v. 732*. *Figamque superbis arma tholis; & libu*
7. v. 55.

*Terrarum exuvia circum; & fastigia templi
Capta insignibant gentes, calataque ferro
Fragmina portarum, bellatrixque carina.*

Eadem Virgilius, 7. *Æneid. v. 183*. Vide La-Zerd. hic, Dempster. in cap. 2. lib. 2. *Antiq;*
Rosin. & quæ libavianus, *Tom. 4. T. 13. n. 10*. Hoc igitur proposito cuncta cum conopeo
illustrissima Iudith, in templo dicavit Deo Israël, & pro testimonio gratitudinis, & ob
memoriae ruinae ferocissimi hostis, in exemplum præcipitij arrogantia, ac calcationem
superbia, maxime blasphemantis proaciter impudentis; cuius poenam ostendebat totius
exercitus clades. Ita factum de blasphemò Nicanore, qui summâ superbia erectus, cogi-
taverat commune trophæum statuere de Iuda: at hic præcepit caput Nicanoris & manum
cum humero abscessam Ierosolyman perferri: linguam etiam præcisam iussit particulatim
vibus dari, manum autem dementis contra templum suspendi. *Suspendit autem Nicanor*

2. Mach. 11. à 30.

Cadere sub
femina, ma-
xima igno-
minia.

vis caput in summa arce, ut evidens esset & manifestum signum auxilij Dei. Ad com-
probationem & arrogantia supplicium; *Eccc caput Holofernis & conopeum*, detruncati à
fœmina, ut arrogantis insolentia magis notesceret ignominia; quiesceretque totus Occi-
dens ab Holoferne expugnatus, cum terror eius per feminam videretur extinctus. Sici-
ne Attila postitatus. *Contremuit planè universus orbis Occidentalis ad nomen Attila* (in-
quit Baron. Ann. 451. ex Paul. Diacon. lib. 15.) *Vir in confusionem Orbis in mundo na-
tus, terrarum omnium metu: namque superbus incesu, hac se & illuc circumferens, ut
elatus potentia, ipso quoque motu corporis appareret*. At quid de huiusmodi glorioso
pavone? *Nostri mulieris manu cultro confoditur, ob cuius nuptias profusa convotio exer-
cens, dum tantum vini, quantum nunquam antea insimul bibisset: inquit in Chronic. Mar-
cell. & Baron. Ann. 433*. Idem dicitur de Holoferne, *Iudith. 12. 20*. Eadem utriusque
tragedia, etsi scena distincta. Superbia, ingluvijs ac libido utriusque transodit peccas;
priusquam accederet fœminæ gladius. Accinit Bahafius, *Epigramm. lib. 4. & Ioann. Nicif.*
in *Alphabet. v. Fastus, n. 3*.

Paul. Dia.

Marcell.

Superbi ca-
pus superbig
spoliolum.

Bahaf

Nullus in ore color, nisi livor: pingere vulturn

Sola sibi poterunt dedecus atque pudor.

34 In contemptu superbiae suæ Deum Israël contempfit. Versiones nullas inveno, sed
expositiones etiam desidero. Quæ senti, in litera exposui: modò aliquid dicendum ad mo-
res, ut qui deposuit potentes de sede, exaltet mires & humiles corde.

ADINATON EXEGETICUM.

1. In contemptu superbiae suæ contempfit: verum contemptus non valet. Inicit certamen, sed in vincens pudorem: igitur amissa a victore victoria, virtute iacuit vulnerata superbia.
2. In contemptu superbiae contempfit. Aliquid planè sine contemptu contemnitur, ubi in contemptu contemptus etiam signatur. Utiq;e. Objicitur iustitia falsa & superbia, simulque charitas integerrimâ iustitiâ: equidem correptione delinquentis peccatum plectitur; verum flamma charitatis designatione servatur.
3. In contemptu superbiae contempfit. Si superbia gloria, ex mundi contemptu gloriosa superbia: igitur anima exaltatur, quàm mundi fastus opprimitur.
4. In contemptu superbiae Deum contempfit diabolus, in honoratâ Deitate; sed iniuria vindicata fuit ab homine: etenim Bernar-

dus in superbia contemptum humiliavit; qui contempta superbiae Numen contempfit.

5. In contemptu superbiae. Sine superbia est contemptus: ubi sibi qui excelsus, videtur nullus: siquidem si superbia ex gloria visa; maxime profectò gloria, si contemnitur superbia.

6. In contemptu superbiae Deum Israël contempfit. Objicitur exterminium peccatoris obstinati, etiam vulnerum vexatione, qua Deus medicus per dolorem, illum conatur revocare in sanitatem. Doloribus vocat, sed nec sic revocat; quo peccator sine poena relinquitur, ut in poenam relinquitur: igitur Deus medicus, quia illusus, non dignatur faucibus vitare, ut medicus, imò contemtemens relinquit; quia ægrotus lethaler illam superbiae contempfit.

DIDASCALIA PRIMA.

Triumphus virginum martyrum ex victoria tyrannorum.

GLoria virginum Antæi lauream devenustat, qui (mirum) victor, cum cecidisset, erat: de quo Natal. Comes, 7. *Mytholog. cap. 1*. Igitur virgine invalida lexis; tyrannus, Ovid. in *Arenasusque tulit vulnus inermis potens*. *Ibid. v. 256* Vulnus tulit & armatus ab inermi: Operiri debet facies confusione: equidem si vincere Tom. 1. I.

fœminam, nulla pugnatore gloria: est dedecus vinci à femina. *Nullum decus in victoria*: dicit Tacitus 2. *Histor. cap. 12*. Gloria sanè, pugnantem vincere: dedecusque signatur victoria, quippe vincere ignominia: maiorque in tyranni propudium, ipsa victoria victo, erigere trophæum; igitur ex vulnere dolor acrior, quia vincitur victor. Ar-

Tacti.
Nobile vir-
ginis certamen, quo vincit à certamine vi-
detur.

Esti-
ti.

Claudian.

ticulum certaminis signat Claudianus de Bell. Getic. à v. 386.

Vulneribus pars nulla vasat, recisique punctis

Gloria sedati splendet iactantior oris. Iactantior & sub vulneribus, quin daretur alijs locus? Iactantior & gloriose ex ipso lethali vulnere, quo corruit ante tyrannum corpus, & cadendo valuit virtus: igitur amissa à victore victoriâ, iacuit simul in despectum victoris vulnerata superbia. In contemptu superbia sua Deum Israel contempserit Holofernes: insolenscebat victorijs, in ignominiam futuris, quas arbitrabatur in trophaea, nactâ è foemina victoriâ; sed dedecus factum, quod cogitavit trophaeum: igitur prævaluit è fragilitate virtus, dum a foemina despectus. Una mulier fecit confusiohem in domo Regis. Ecce Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Male dicitur. Pudor, ignominia, dedecus est una foemina. En virginis sauciae forma, videtur & vincens ratione corporis, & ratione virtutis: inijt de fide Sponsi cum tyranno certamen, verum victoriâ in tyranni pudorem: igitur constanti fecit, cuius tormentis sauciatur, quod tyrannus exvictoria propulose vinceretur.

Iudith 13. et.

Cap. 14. 16.

Venant. v. 158.

Insigne militis immortalis.

Coronatur dum percussit.

Tibull. 3. 4. v. 39.

Cur malogranato color ferretur?

Vulnera suscepit, sed tolerando fugit.

2. Immortalium militum apud Persas insigne, malum aureum (ait Ctesias de Reb. Persae, & Athenaeus lib. 12. n. 37.) suspensum in summitate hastilis. Herodot. lib. 7. cap. 22. signat malogranatum. Unde ex malogranato immortalis, si mors etiam designatur per lanceae hastile? Signum est certantis Martiris ex beneficio tortoris: corona malum Punicum ornatur: hocque cum telo meditanter connectitur, ut constet ex inimicis salus, & floreat pectoris virtus: equidem dum moritur impacti vehementiâ vulneris, donatur cadens coronâ immortalitatis. Tyranno videtur, in mortem insiliere vulnus. Obtinere, vincit, sed planè in dedecus. Una mulier facit confusiohem, morte superans tyrannidem: equidem per vulnera & vulnera coronæ virginitalis superponitur corona. Lilia ac malogranata implicata catenis sculpta fuere in templi Salomonici columnis, ut vidimus, Tautolog. 6. D. 3. n. 4. Candor prius erat, Sed color in vivo corpore purpureus. In malogranata transierat è carcere lilia; dum virginis splendor varietate multicolor, & albo candore lucidâ, & roseâ purpura flammidâ; ut per insignia quæ ostentabat habitus, clareret virginis triumphus: igitur corona post pugnam alijs è caelo cecidit,

sed cum virginibus, dum malogranata, nascitur. Purpureum diadema distinctum candore, capiti circumdedit: ait Curt. in Alexandr. lib. 6. cap. 6. Candidum status purissimi conditione, purpureum verò ex fortissimo certamine: quandoquidem in triumphum suscepta vulnera, idem per tyrannum valuit, ac fuscipere diadema.

3. Accusatur Dominus post concilium impiorum coram Pilato, ut illorem maligna quasi legibus simularetur intentio. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellavit: & milites placentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste cocineâ circumdederunt eum. Iesum flagellatum fuisse primò funibus, secundo funibus nodosis, additis ferreis scorpionibus, tertio catenis, quarto virgis spineis; adserit Alapida hic, & Mater Maria de Agreda, p. 2. Mystica Civit. cap. 20. à n. 1339. O dira crudelitas! A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. In rem Sedulius lib. 5. Carm. à v. 152.

Credite iam Christum, pro cunctis credite passum.

Quid dubitatis adhuc? En scelus terga flagellis.

Subditus opprobrijs, poenas amplectitur omnes.

Modò in textum. Militibus quid iustum? Crudele flagellum, dura flagra, dira verbera: quorsum ergo flagellato corona & purpura? Incongruum flagellis secto diadematis impositio: imò opportunum, dum floreat gloriose ex poenis malogranatum. Candor flagellis purpurefcebat, corpus æstuebat.

Sanguine purpureo ebur corrumpitur ostro. Urhominum amasius appareret cunctis candidus & rubicundus. Distincta videtur ab illis facta, quæ fuerunt iustas; sed Pilatus flagris intendit acerbissimum tormentum, miles verò coronâ gloriosissimam triumphum: igitur si in malogranatum convertitur per flagella; nolum Punicum malum sine corona. Una in acerbitate patiens fuit cogitatio; sed acerbitas passionis portit fructum: quandoquidem cum cororiam efformet ex his quæ sustinet; propria quidem triumphantis de tortoribus purpura, cui per flagella debebatur corona. Hinc tyrannus Regem salutat, quem sic è se non credebat: Tu es Rex Iudaeorum? Respondit Iesus: Tu dicis. Quando dixit? Quando flagellavit. Si cognoscitur manus per vestem regiam; Pilatus per insiditâ flagellis deoffendit purpura. Iam credit, quod pridem iudicè dubitavit. Flagellatum ostendit populo

Q. Curt.

Ioan. 19. 1.

Cur Christi flagellatio dicitur passum in compendit?

Sedul.

Stat. 2. acbil. v. 307.

Cur coronatur, dicitur flagellis caditur?

Cap. 18. 37.

Athanas.

Cap. 19. 14. v. 5.

tumultuanti, dicens: Ecce Rex vester: Rex? Utiq; clarent ex flagris insignia, purpura scilicet & corona. Exiit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum vestimentum purpureum. Haud miratus Praefes habitum Regis, quem præcipit cædi flagris: etenim idem fuit insigii toto corpore vulnera, ac concedere in verberibus ornatu regio diadema.

Flagellu in curru triumphantis.

Sophocl.

Martyrum sanguine, idololatria corrui.

Prudent.

Math. 27. 29.

4. Dices, cuncta dolorosa patienti, & ludiera verberanti. Corona erat, sed spinea, in acerbitem, non in honorem; quippequam illudebant, non venerabatur Regem. Aliud cæpi propositum in pluvia verberum, Regis in purpura demonstrantium habitum. Spinea erat, sed corona, ornata Regis purpurâ, & qua crudelia cruciamina: iungunturque insignia Regis, dum flagellatus coronatur spineis, quia per ipsa, quæ torquetur, caput Christi splendide coronatur. Flagrum indicium Regis maiestatis, diximus hic Tautolog. 3. D. 4. n. 14. & Tom. 1. T. 5. D. 18. n. 9. ultra etiam indicium triumphantis: unde triumphantis currum ornabat tanquam insigne, flagellum. Agimus in Prolog. Ephemer. §. 6. n. 5. Triumphus pro victoria conceditur: victoria certamine constituitur: signaturque flagrum in flagellati triumphum; quoniam sicut ex spinis tormentorum, ornatum regium; ita flagris & flagris, proterebantur in certamine tortores. Summum dedecus apud Græcos flagellatio. Iccirco Aix in Ulysses infensus apud Sophocl. v. 108. inquit: Vincit ad columnam septi caeli, Flagello terga verberatus iacet. Aliter apud Romanorum triumphum, quò gloriose portatur flagrum; quod in Martyrum tormentis confirmat caelum: quandoquidem horum textur diadema ex tyrannorum tortura, quæ videbatur victoria. Hinc tota idololatria cecidit, & victrix per sæcula, corruit: canit Prudentius in Peristephan. v. 745.

Vincit ad columnam septi caeli, Flagello terga verberatus iacet.

Dum demon inuictum Dei Testem lacepsit praelio, Perfossus ipse concidit. Mors illa sancti Martyris Mors vera temporum fuit.

5. Pependit Christi instrumentum in nobile triumphum; quod gestat tanquam sceptrum. Placentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Si corona ex vincto conficta, quorsum arundo? Ut per cruciamentum tortoris, indicaret contrafactam potentiam demonis. Arundinem accepit Dominus (ait Athanas. Tract. de Passione) diabolo ignorante se

dare illi gladium contra seipsum: dicitur enim arundo serpentibus lethalis, atque inde potissimum interfecti. Quid arundo & unde lethalis in antiqui vulnus serpentis? An quia per verbera, cruciamina, plagas ac pungentes spinas. Princeps huius mundi eiciens: dus erat foras? Altius mysterium pro certamine virginum. Quid fragilis arundine? Levior protecto leviore: arduoque collocatur in eius dextra, quæ in serpentem antiquum conficit vulnerat singularis in demonem plauderetur victoriâ: equidem si magnum, quod vulneribus superaret serpentem; mirabilius quod prosterneret per ipsam fragilitatem. In templis illi à cæcis cultus, & projecta veneratio: dextra Iesu saucij accedit arundo, facilis quassata, atque ludicra despectu, quo prævaleret invalide fragile pectus, & demon vehementius doleret vulnus: igitur intime pupugit (dum incogitatum vulnus sensit) quod à fragilibus, vi calcata tormentorum, etiam in templis suis amitteret principatum.

6. In laudem sacrificij & signum singularis victorie ornatur victima ex aromatis myrrha & thuris. Per myrrham notatur vulnus acerbitas: per thus sacrificij suavitas: thurisque & myrrhæ confortium signatur in victima virginum, ut eluceat sacrificium singulare, ex fragilitatis validissima virtute: igitur odor percipitur suavior, unde procedebat dolor. Descripta dabant odorem: dicit Petra-Santa lib. 1. Symbol. cap. 4. Sine confortio mirrhæ non esset virtus in thure, quoniam virtus ex carnis acerbitate: thurique additur myrrha in virginum præclarissima victoriâ; quoniam agonis iucundissima voluptas erat vulnus acerbitas. Audi Plinium. Probatum thus (inquit lib. 12. cap. 14.) candore, amplitudine, fragilitate, carbone, ut fistim ardeat. Myrrha in tormentis astruitur, & thus candore probatur: ut emineat victoriâ gloriofa, dum tyranni experientur qualis virtutis cruciamina: etenim stemma insigne in certamine, quod omnia tormenta superent à virgine. Venant. De Gaudijs & spe vite æternæ. v. 147.

Hæc mihi pollicitam servavit virgo pudorem;

Nec voluit placitam dilacerare fidem. De igne infra à n. 10. Amplitudine etiam probatur Thus, idest, dente; quippe degener, si denti molle: Ne dentem recipiat potius quam in micæ frictur: subdit Plinius: Candor ut flectatur provocat in morsum, verim eludit conatum: siquidem nunquam thus legitimum flectetur, estò minutim us-

Per virginis sanguinem Christus immo perivit deum montem.

Cant. 3. 4.

Suavitas ex quo acerbis fat.

Pet. Sancta

Plin.

Cur myrrhæ & thuri similes?

Venant.

Plin.

que in micis comminatur. Nil ad illum instrumenta ferrea.

Vergil. 2. Georg. 1v.

Solis est thuris virga. Ex huiusmodi thuris commendatione, alia probatio oritur ex fragilitate. Fragilitas commendatio est: Profecto ubi offertur Numini thuris; ut tyranni confundantur, dum thuris tormentis comminuant: si corpus virginis specie thuris tonsionibus promit fidem, etiam disceptum dabit odorem, quo tyranni confundantur confusione; igitur fatentur vinci ab ipsa fragilitate.

Rariss. Text. ubi sup.

Non dat arcenis mollia thura foetis. Hinc sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha & thuris ascendit, quae sub tormentis crudeliter iacet: obsecans tyrannos, à quibus videtur triumphus: tum quippe dum iacet ascendit, tum quia victoriam rapit invincibilis puella fragilis, quae ut thus liquefacta ad conspectum ignis, & sicut manna ad exiguum radium Solis.

Venant. d.

Inter tot hostes nulli se subdidit insons. Hac gelida meum servavit osibus ignem.

Matth. 13. 46.

7 Hinc rabies cruciantium ex constanti fortitudine virginum; sed nescientes construere triumphum: siquidem tunc virginum rutilabat pretiositas, ubi tormentis exardescibat crudelitas. Regnum caelorum conferunt querenti bonas margaritas, id est, pretiosas ut saepe dixi: unde margaritarum assimilabilia exploranda momenta, ut inter tot divitias occurrat una pretiosa. Virgines sunt pretiosa margaritae, verum latent, quia pretiosa. Concha ipsa cummanum videt, comprimit sese, operisque opes suas, gnara propter illas peti: inquit Plin. lib. 9. cap. 135. Capitur, caterum pretiositas non videtur. Opus est industria, ut luceat gemma. Multo enim obruta sale in vasis scitilibus, croci carne omni, nucleis, quosdam corporum, hoc est, uniones decidere in ima. Totum enim huiusmodi opus tortoribus in margaritis virginibus. Latent haec propter opes, gnara propter illas peti: contingit capi; sed nec dum constat quid sint, quousque vasti corporis infunditur acre sal, efformatis vulneribus, geminatis cruciaminibus, quae eroditur caro; sed margarita tunc apparet in pretio: igitur cadente in ima virgine per tormenta, tunc rutilat margarita. Habemus thesaurum in vasis scitilibus: ibi thesaurus absconditur, sed non videtur, nec habetur in pretio: donec persecutionibus penitus erofa caro: virginumque canitur triumphus, apparet thesaurus, atque floret margarita pretiosa; quippe tormentis fracta corpora, vasa scitilla. In vasis scitilibus servabantur imagines Numinum. Ita è Servio observat Alex,

Quare margaritis.

Plin.

Idem.

Unde pretii in martyrio virginum? 2. Cor. 4. 7.

Neapolitan. lib. 5. cap. 12. & Marlian. in Topograph. Rom. cap. 79. altroit, in vasis scitilibus asservari thesaurum Populi Romani, eisdemque tributa provincias ferre in templum Montis, Tefaeus, dicti. Haud secus virginis adducuntur in Sponfas ad templum Regis: igitur dum tormentis quassatur, rumpitur, comminuitur corpus, ex vasis fractis invenitur thesaurus. Margarita tenentur, ut niteant: & subdole substruuntur, ut florent; & anxie forantur, ut pendant: ait Tertull. de Habit. mulier. cap. 6. Devenustate vulneribus pulchritudinem, fuit tyrannorum molimen; membris sceltis, atque visceribus tortis, additis vulneribus super vulnera, ut deformaretur virginum spectabilis forma. Sed quid, quantum vis corpus per tela, & gladios? Dicit Venant. Fortun. quò sup. v. 151. Per tribulos gradens spina cavofecit acumen.

In vasis scitilibus Numinum imaginem, & gazarum opti

Tertull.

Venant.

Sentibus in medijs, nescia ferre vepres. Non tulit, quae passa? Fracta prorsum vasa testea, opus manuum figuli supremi, qui vidit conformem imaginem filii sui: & illustravit è caelis; quippe apparuit, scitili corpore fracto, imago pulcherrima Deitatis.

8 Huius ergo virgo martyr thronus est. Viderunt cum Moyse & Aaron Seniores Israel post datam legem, in splendore mirabili Deitatis imaginem: & sub pedibus eius quasi opus lapideis sapphirini. Explicat Ezechiel, cap. 1. 26. Quasi aspectus lapideis sapphiri similitudo throni. Marbod. Encirid. de Lapid. pretios. cap. 53. succinit: Sapphiri species dignitas aptissima Regum. Egregium fulgens, puroque simillima caelo. Ildorus 16. Origin. cap. 9. Sapphirus (inquit) caruleus est, cum purpura habens pulvices aureos. Ita Numinis thronus specie caelesti, in decorem mista purpura. Quasi opus lapideis sapphirini. Vatabl. Lateris sapphirini. Maluend. ex Hebr. Terra, Luna sapphirina, ostium corporis caelorum mundities. Aptè sapphiri pretiosa purpura aptatur, virgo martyr tanquam thronus Dei signatur; constants terrae conditione, ex sexus fragilitate, Fidei constantia & virtute: etenim per tormentorum duricem, caro pretiosa etiam transivit in lapidem. Ex terra constat sapphirus, atque ex sapphiro Numini erigitur thronus. Digne quidem terra transit in caelestem, dum effudit virgo sanguinem: igitur per vulnera & vulnera, ex terra pura facta gemma pretiosa. Pulverem sapphirus habet aureum, in cuius pretiositate iuvat virginem tormentum: igitur facta thronus Sponsi caelestis Regis, per plagas excusso pul-

Exod. 24. 10. Martires sapphiri similit.

Marbod.

Ildor.

Multipliciter pretio.

polvere mortalitatis. Inter terrae conditionem & humanum corporis pulverem latebat sapphiri pretiositas, atque splendoris venustas. Quia in corpore, dedecorabatur pretium, nesciente tyranno summum: & cum tormenta iuvarent, ut pretia pro dignitate splenderent; dicitur excussa terra sapphirus, quia tormentis usque ad ossa effusa lapis pretiosus. Ne luceret vel in corpore sapphiri dignitas, obliat pulverei corporis gravitas. Accesserunt cruciamina, effusa purpura, & sapphiri pretiosa penitus emicuit gloria, quippe quum per tyrannos excutitur corporis pulvis, thronus apparuit splendide Deitatis.

Marbod. d. Quem natura potens tanto ditavit honore, Ut sacer, & meritò gemmarum gemma vocetur.

Gemma gemmarum, quia dignitas momentorum cognoscitur per tormentum, sapphiri sequente conditione margaritae. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij, margaritae tenent: subdit Plin. d. Culmen pretij & iure. Reliqui lapilli, si superficie splendide dendantur; omnino percutunt. Unio erofa carne aut vulnerata patitur, sed pretiositas gemmae ex vulneribus cognoscitur.

9 Margarita unica caelo concepta ferreo, cui ab aethere decor, à pretiositate fulgor, uti de caelo caelestis, nascitur Christus è concha Virginis matris. Ita expositus mundo patuit, sed mundus eum non cognovit. Cum vel post tot signa maneret incognitum orbis pretium; non credentibus dixit: Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Quid Domine? Vulnerandus es in cruce. Quid non ibi patieris? Quo non gravaberis? Totus ibi vulneratus est pro vulnere corpus. Quid ostendet,

Unam qui toto corpore vulnus habet? Non credunt per egregia & inaudita miracula, & te quis cognoscet per passa vulnera? Cognoscunt virum dolorum & infirmitatum, numerantes ossa exfusa, carne erosa. Profecto: per vulnera pretiositatis abdita erit cognitio. Adinstar margaritae captus, & comprehensus, cuius pretiositatis scitelle vas erat corpus; quo saucio, videnda gemma, à carne in qua apparuerat, occulta. Nequit perfecte cognosci, nisi vas scitelle frangatur: in cruce percutitur, vulneribus moritur: tunc cognoscendus dicitur: quoniam si margarita pretiosissima intra corpus, per vulnera cognoscendus. Qualis est dilectus patet, dum qui carne candidus, rubicundus sanguine floret; etenim carne concisa, apparuit pretio.

Christi pretiositas claruit per passiones plagas

tiosa virtus, quam occultabat, praequanti fauciaretur corpus. Viget adinstar Moly herbae ex amara radice, id est, passione.

Radice evellitur atrà, Purpureus, sed flos, lactis & instar habet.

10 De margarita observat Vitruvius lib. 8. cap. 3. non posse dissolvi nec ferro nec igne. Ex dictis patet, margaritas ferro haud dissolutas, sed manifestas. Videndum, an igne maculetur pretiositas. Aurum igne examinatur: purius egreditur: martyrum quoque probatur tribulatione, tanquam aurum in fornace. Thus probatur etiam & per prunam. Carbone ut statim ardeat. Plin. d. Haud degenerat virgo in conspectu tyranni, quippe facia redolet ut thus ardens in igne. Ardor flammæ instat, sed virgo exultat, exprimens eudum, quippe in tormentis exercitium, sicut examinatur argentum. Succurrit mirari, nihil penè non igne perficit: inquit Plin. lib. 26. cap. 26. Verum quare? Idem Infit cap. seq. Alibi vitrum, alibi argentum, alibi minium, alibi plumbi genera, alibi pigmenta, alibi medicamenta fundit: igne ferrum domatur. Obijcitur theatrum, quò spectatur exercitium Martyrum & tyrannorum propudium, sub virginibus iacentium: igitur si ignis arte succensus in poenam, constitutus in victoriam: quoniam illorum domitus ferrum, quin possint tot incendijs flectere vitrum. In qua ferum non valet, ignis pravalet: utrumque sine efficacitate: virtus domatur nec ferro nec igne: igitur in martyribus, quasi vitrum teneris, feminis delicatis, tyrannis arbitrariis plumbis; per ignem objiciebatur lucidissimum argentum. Minium etiam ginie ignis, ac in virginibus ad versus cogitationem tyrannidis. Apud Ethnicos minium auctoritatis non solum maxime, sed etiam sacrae, quippe Naminum imagines huiusmodi illinebantur colore; ut idem dicit lib. 33. cap. 7. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20. & nos in Ephemer. loc. cit. n. 4. Elucet quid protulit ignis ex ipsa cogitatione tyrannidis: igitur virginibus accensa vorace flammâ, venustabant tanquam Numina. Etiam ignis pigmenta efformat: frangat aroma, dum flagrat. Non ad colorum varietatem reducitur pigmentum, sed ad missionem diversorum aromatum. Unde dum virgines applicantur igni, virgula fumi universi pulveris pigmentarij: siquidem ut aromata exusta vaporabant odorem, ubi vorante flammâ redigebantur ad pulverem. Quomodo applicatis ad ignem, ignis erat vulnerum medicamen: patet in Eulalia, quae ignem bibebat, ut curare vulnera.

Alcior. Eubi. 181.

Plin.

Quod in martyribus virtutes ex flamma ignis

Cant. 3. 62

Eulalia bibens ignem.

Pet.

fonsis, d.) cumque iam medio mense decimo, quando eius passio celebratur, sint ab omni decore foliorum nudate, ea die illaescens celo, in modum columbae alitis flores profertur; et quod in columbae specie eius spiritus penetraverit celos. Ibi vocatur Sponia: Surge, propra columba mea. Flores apparuerunt in terra nostra. Articulus noster exponitur, dum ad celos Eulalia ab Sponio invitatur: igitur floribus apparentibus in terra nostra, apparet, quod ascenderit in celum uti columba. Constat triumphus virginum ex victoria tyrannorum: quandoquidem Eulalia nascitur, dum occiditur. Moritur

Cant. 2. 10. 12. Eius flores mirabiles.

Paulin. de Bapt. v. 23. Si mors illa fuit, meruit qua sanguine colum.

DIDASCALIA II.

Prudentia summitas, ubi in correptione charitas.

Verus amor scit per odium diligere, quippe studet utilitati dilecti: infertque volnus & altum, ubi ad salutem necessarium est odium. Si vomica mulceatur, in motum studio inciditur. Si male amaveris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti: igitur si crimine anima vulnerata laborat; amor uti medicamen, ut pereat, odium ne pereat. Zelus solus nocet, ac medicina scit, exacerbando vulnera, quae medicanda comite prudentia: e quidem (ut inquit Gloriosus Doctor Monachorum Benedictus, Regul. Sanct. cap. 72.) est zelus amaritudinis, & non zelus charitatis.

Amor quo pacto perficitur odium?

S. Bened.

Horat. de Art. v. 24. Conditio Periti.

Draud.

Præcept. xxi. In furor est.

Decipimur specie recti. Imprudenterque offendit in curvitate; qui specie tantum sollicitat rectitudinem. De Perite lapide pretioso, inquit Georg. Draudius in Solin. cap. 46. Valere contra arthriticam, quo morbo amittitur mens. Mirabile etiam referant de isto lapide: quod si fortius confringatur manu, nullus esse virtutis. Vult ergo leviter & pavide tangi. Tangi debet correptione peccator, sed leviter; ut pulsus vitalis corrigatur error: igitur si fortius, quam congruit, imprudenti zelo tangitur; mens ex correptione amittitur: & gemma quae in salutem pretiosa, mihi sane sanac, sed excitat amaritudinem vulnera. Compescendus est zeli precipitatus furor, à recto ne deviet ardor: siquidem (ut accinit Otho Venius, Amor. Embl. 39.

Verus amans recto nunquam de tramite flectet.

In fale acrimonia est, Apostolice hominum dicuntur sal, si erroribus infatuatur; ut sapiant quibus torquentur. Unde Paulus dicit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. Apprimere conditus sale, quippe bonum est sal condimento, non cibo. Totum sine fale insulsum: si totum, totum salsum & amarum: condimentoque utendum; igitur si palatum amaritudinem concipit, præ mordacitate ex ore vel cibum exipit. Ne quid nimis, ut sit in alimentum sal correptionis; ne appareat infatuatio zeli, ex correpti infatuatio: cadatque decor auctoritate mentis, ubi in meditatione zeli tantum exardescit ignis. Vide dicta Tautolog. 7. De. à n. 2. Silanionis insigni statuario imprudentes sunt similes. De illo enim inquit Plin. lib. 34. cap. 8. Apollinem fecit, sed inter cunctos diligentissimam artis, & inimicam sui iudicem, crebro perfecta signa frangentem, dum satiari cupiditatem nequit artis: & ideo insanum cognominatum. Occurrit Saulus in huiusmodi arte à mente prorsum alienus. De se enim dicit: Per omnes Synagogas frequenter puniens eos (idest, Chrestianos) compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequerbar. Videbatur zeli flamma, sed erat turpis amentia, perfecta signa confringens, ut satiaret cupiditatem artis; tum quippe frequenter supplicia (in quibus non medicatur frequentia, cum dedecet Principem, ut medicum multa vulnera) tum quia cum sine vulnere medicamina noceant, ad medicinam blasphemant: insanusque Saulus dicitur, ubi perfectos typo legis sine discretione persequitur; quoniam quæ videbatur zeli flammantis ardentia, erat furentis infania, & quæ legum observatio, innocentium persequutio.

Otho Ven.

Math. 5.

Coloss. 4. 6.

Ne quid nimis.

Plin. Qui querit exceperis, de truit perfecta.

A flor. 26. 11.

Horat. d. 347.

Crimina subditorum, nec ploranda, nec ridenda. Senec.

Sunt delicta tamè, quibus ignovisse volumus. Nam neque eborum sonum reddidit, quem vult manus & mens, Postentique gravem per sepe remittit acutis. Seneca Stoicè delirat, cum omnia etiam gravia ulcera negligat. In hoc itaque flectendi sumus (ait de Tranquill. cap. 15.) ut omnia vitia non invisa nobis, sed ridicula videantur: & Democritum potius imitemur, quam Heraditum. Hic enim quoties in publicum proccesserat, fiebat: ille ridebat. Huic omnia quæ agimus, miseriae illi ineptia videbantur. Elevanda ergo omnia, & facili animo serenda: humanitas est, deridere vitam, quam deplorare. Adijcet quod de humano quoque genere, melius

meretur qui ridet illud, quam qui iuget; quando levissimum affectum animi moest, & nihil magnum, nihil severum, nec ferium quidem, ex tanto apparatu putat. Sarius est, publicos mores & humana vitia placide accipere, nec in risum, neque in lachrymas excidere: nam alienis malis torqueri, aeterna miseria est. Eadem Luvenal. Satyr. 10. à v. 29. Stoicè, inquam, loquitur, quippe tunc ullum vitium nec à iudice compescitur. Dijs proximum habetur (dicit Iustin. Histor. lib. 8.) per quem Deorum maieestas vindicatur. Verum est modus in rebus, ut in salutem resuscitatur ægrotus, cum zelo, sed sine igne, in apparente ultione: igitur prudentia lumbitas, ubi ad sanitatem in severitate charitas. Vivide Greg. Magn. Vera iustitia (inquit Homil. 34. in Evangel.) compassione habet, falsa iustitia dedignationem; quavis & iusti soleant rectè peccatoribus dedignari: sed aliud est quod agitur typo superbia, aliud quod zelo discipline: dedignantur etenim, sed non dedignantur; desperant, sed non desperantes; persecutionem commovent, sed amantes, quia estis firis increpationes per disciplinam exaggerant, tatis tamen dulcedinem per charitatem servant. Hinc expostio Tautologie nostræ. In contemptu superbiae contemptus dicitur de Holoferne. Dum in contemptu signatur, aliquid planè sine contemptu contemnitur; indicata falsa iustitia ac superbia, atque charitate ex vera integritate iustitia: equidem in correptione delinquentis peccatum ex iure plectitur, verum charitas etiam dedignatione servatur.

Iustin.

Non est infirmitas, in dâ in correptionis medicamine se vera charitatis.

Greg. Mag.

Iudith. 13. 28.

4

Amos. 9. 8. Deus diligit, qui dum plectit.

Deliquit Israël, quem secuta pœna à tergo, quippequam in penitentiam non prævaluit convivio. Iacta est alea, ut de patria captivus egredere sub dominatione dicit: at cum Dominus sit dives in misericordia, vel exercens iustitiam, dicitur: Ecce oculi Domini super regnum peccans, & conteram illud à facie terre: veruntamen conterens non conteram. Si favor in oculis est (ut ait Plin. lib. 11. cap. 37.) vel in supplicio peccatorum mulcet, ubi respiciendo faveat: quandoquidem ubi correptus videtur, qui plectitur, non averfatur. Dicit inuitum castigationis contradictio auctoritatis. Contriturum peccatorum minatur, sed per supplicium, ait, nequaquam conterendum. Signatur Domini pietas, & populis delinquentis pertinacissima iniquitas: igitur Dominus conterit ut fugiat in penitentiam, & perduellis vel contritus non admittit contritionem. Conteram, intendens in iustitiam: verum conterens non conteram.

propter gratiam. Quomodo ergo quod dicit facturum, non faciendum? Ob castigationis inuitum. Qui viderit animadversionem propter crimen, defectum arbitrabitur dedignationem: at tamen cum sit tantum severitatis dedignantis apparentia, ac in dolore illato dulcia charitatis viscera; pœnis propter crimen traditis ex contemptu dedignatur, sed non dedignans: persecutionem afflictionibus commovent, verum amans: igitur si dolor medicamen, & ulcus crimen, acerbitate peccatorum gravat, ut punctus compunctus corde de crimine doleat. Qui superbe dedignatur, intendit in pœnam criminis, propter pœnam. Conterit ut conterat. Qui correptioni in correptione incumbit, infert pœnam propter culpam. Conterit ne conterat. Ibi supplicia decernit dedignatione ac indignatione diritas: hic fastidij velamine interna charitas: patetque hinc & hinc iustitia falsa & iustitia; quoniam homo, qui index arroganter crimini apponit supplicium, & Deus medicus supplicio adhibet medicamentum. Corrigitur error, quia adhuc pusillam, & non erit peccator. Omnia, ut diligent Deum, coöperantur in bonum. Non enim ad voluntatem per charitatem Bernard. de Divers. serm. 1. n. 6.) sed ad utilitatem: non ad voluptatem, sed ad salutem: non ad votum, sed ad commodum nostrum. Minime ergo Deus vel contemns contemnit, neque conterens conterit; quoniam pro flagitijs immitens contritione dolorem, duntaxat sollicitat de vulneribus salutem.

Peccatoris pungitur, ut compungamur.

Int. Dei in pœnis illatit.

Bernard.

V. 9.

Gravitas pœna in exa pœnitione culpæ.

apertè comparatur cribro , ut eluceat intuitus sedens in vindicis animo : etenim si homines concutuntur cribro in penis ; haud alio nisi ut expellantur sordes. De herbis spinosis differens Plinius, in *lib. 23. cap. 6. Ne procaces manus rapiant, ne neglecta vestigia obterant, ne insidans ales infringat, his muniendo aculeis, telisque armando, remedijs ut tata salvaque sint. Ita hoc quoque quod in eis odimus, hominum causâ excogitatum est. Miror cernens negligi ea, quæ ad valetudinem conservandam, cruciatusque corporis propulsandos, & mortem arcendam pertinent. In nostrum propositum hic exponit Dalecampius. Vita (subdit) maiore in pretio est, ob id tantum, ut delictijs frui, luxurique instalgere liceat. Cur ergo hominum excogitatum est causâ, ut in remedium vulnerum sint spinarum acumina? Quælibet herba spinosa infuso veneno nocet, ait Levin, Lemnius, 4. de Miracul. natur. cap. 9. Ita quæ ab hominibus vocantur delictia, preparato mucrone: equidem cum veneno incognito cupiditatem trahant, & negligentem alliciant; quique conantur experiri tactum, sentiunt undeque aculeum. Hispanicè, vivide: Se elaban. Elucet tropologicè, quod in senticosis physicè: equidem in documentum, ut avertatur cupiditas in illecebras; in venenata natura tantum collocat spinas. Remedium arbitror singulare, ne sollicitentur delictia, munitæ telis, armata aculeis, ne procaces manus rapiant, neglecta vestigia obterant, & dum appetentes vulnerari iacent, esse sub sentibus delicias computent; hoc quod in eis odimus, hominum causâ excogitatum est: rigent tanquam illecebræ acuminatâ spinâ, ut remedijs sint tata & salva aculeata medicamina: etenim minantur macronibus, ne cupiditates accedant; verum si accesserint, vulneribus respiciant. Sunt enim spinæ, & perdiscent homines ex his quæ passî.*

6 Ergo in rem. Huiusmodi spinæ copiosiores in delictijs, quam in thamis, quoniam vitam illeges ducunt pretio minore, quam delictijs frui genioque indulgere. Intendit Deus eos revocare in fruitionem vitæ, quippe mortui sunt à corde. Apponit in toxicatis spinas, ut arceat à cupitis mucronum vehemens acerbitas. Sine dolore legum transgressores minimè sapiant: vulneribus revocantur ad sensum. Advenit vindex iusticia, tracta à celo per scelera. Conterit, sed non ut conterat, etiam si doloribus corpora vexando gravat: equidem cum sanentur, ubi corda compunguntur, per sentes tribulationum ingeruntur vulnera,

quia vulnera per dolorem vulnere medicina: minimèque vexatur, qui vexatione in salutem restituitur. Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: dicitur ab Eliseo. Si in vulnus Syria ciaculatur, Syriæque percutitur; quomodò & missa sagitta vulnus & salus? Prorubant in idola, adorantes cupidities simulacra, favente fortunâ abique ulla calamitatis specie, qua possint in recta oculos aperire: immittiturque à Domino salus, dum insigitur vulnus; quoniam vulnera contracta per cupiditatum idola, duntaxat sanari quibant per vulnera. Canit Martialis, lib. 6. Epigram. 70.

Ut nostri bene computentur anni,
Et quantum tetrica tulere febres,
Aut langor gravis, aut mali dolores,
A vita meliore separantur.

Pende Dolores mali. Dolores annè boni Utique, modò ex proposito medici. Mali dolores sunt, dum pro correptione criminis, solummodò cogitantur dolores, qui vulnere exprimit exacerbationem, ac corripientium furentem acerbiam. Hi non medici, sed carnifices, in delinquentes faventes. Aliter qui correptione intendit excessus corrigere, eò mediante dolore: qui quidem bonus, quantumvis fanguinem emittat vulnus; siquidem non apponit criminis medicamen in dolorem, sed dolorem in criminis medicamen. Hoc est sine contritione contere, atque vulnera sanare. Qui conterit ut conterat, invehit in personam, non in culpam. Minimè sanabit, quod in deterius conficit. Sanat, qui culpam expellit: Deusque contere non contere; quippe invehit in crimen, nequaquam in peccatorem. Floride Eripid. in Phœniss. v. 1717.

Compensat mortalium nequitiam Sed non aspiciit iustitia malor.

7 Sagitta salutis vigilanter exprimitur emblemate aquilæ circumvoluta à dracone (de quo Elian. lib. 17. cap. 37. & nos Tautolog. 6. D. 4. n. 12.) manu hominis sagittam tenente, cum hac epigraphe: Non utrumque peto. Ita Villava in Symbol. Spirital. Spiritus criminis, quasi serpentis involvitur anima, è quibus vincta & obices compedum, vigilante iugo iniquitatum, cuius catenæ manibus circumvoluta, atque collo, usque in suffocationem imposita. Ne delinquens serpente iniquitatis moriatur, serpens moriatur. Hoc opus & labor, ne in profuca separatione sit error. Non utrumque petendum, quoniam in peccantem amor, in crimen dirigendum est odium: & cum Deus velit mortem venenati peccatoris, sed virulentæ lethalis iniquitatis; co-

gnoscitur zelus bonus, ex quo sagitta dirigitur icus cum amore & odio, ut pœna sit correctio & non corruptio: igitur moribundus lethaliter faucibus restituitur in salutem; ubi gladius non in hominem, sed in serpentem. Ad rem Manilius, 5. Astronom. à v. 314.

Ille pater tali de fidere cretus
Esse potest, qui serpentem supra ora cubantē
Infelix nati somnumque animamque bibentē,
Sustinuit misso petere ac profervere telo.
Hic iudex, sed pater officio, descendens in manus prorsum de celo; qui ut proficit in supplicij medicamine, separat arte pretiosum à vili. Hoc est perfectum vindicis odium, dum adversos malignantes zeli Dei dirigitur telum: perfectio odio oderam illos: dicit David. Perfectum sanè odium, ubi cum odio diligitur. Felix averso, qua remotione trahitur: equidem cum amor dirigitur in peccatorem, atque sagitta in serpentem; zeli Dei qui vindex promittit modam perfectionem. Egimus latè Tom. 4. T. 12. n. 14. 18. 20. & ibid. D. 2. à n. 1. Subscribit Gregor. Magnus, Homil. 21. in Ezech. ubi: Exhibenda (inquit) pravis asperitas in offensione, charitas in mente; ut dura offensus delinquentem correat, & charitatis custodia mercedem mansuetudinis non omittat. O tormenta misericordie! Cruciat & amat. Non utrumque petit, dum petit utrumque: etenim eximitur gladius ut peccati serpens dolore moriatur; & peccator serpentarius dolore vivificetur. Aureè at floride N. Patriarcha, d. cap. 2. Dirum magistri, pius patris ostendat affectum. Invenitur diritas, etiam pietas: sed ut è peccore expellatur virus, semper etiam in peccatorem affectus. Diritas in facie, pietas in corde; quippe commendat directionem, etiam severitate magister; dum cognoscitur, inferre penam ut pater. Expellitur subditorum iniquitas, ubi in illam sanguiniam evaginat charitas: igitur licet mortificet dolor, expellitur in correctione erroris postquam in correptione.

Apparet dissimulatus amor.
Qui quidem medetur specie nocendi, dum vindex qui furiosus nocet specie pulcherrima medicina. Furius dixi, siquidem sanguinolentus exprimit in delinquentem detestabile odium, quod ius erat per supplicium eiaculari in peccatum.

Qui diligit iniquitatem, odit animam suam: altric Psalmodigraphus. In iudice probo videtur amor in odio, odium verò in amore iudice pravo.

Ad mala quisque animum refert sua, ponit amorem. Tom. VI.

Dicit Ovid. de Remed. lib. 2. v. 163. Si deponitur amor, fovetur error: equidem cum in correptione nulla sit charitas, & plectatur iniquitas; ut faciet zeli tutilo furorem, in delincente vindex diligit iniquitatem. Magna pars hominum est (inquit Senec. 2. de Ira, cap. 28.) que non peccatis irascitur, sed peccantibus. Non oportet peccata corrigere peccantem, nec iudicare furentem: equidem cum diligit in dira supplicia errorem; animam propriam odit, dum odium peccantis diligit: non enim cogitat odio semetipsum vulnerari, ductum amore vindicæ. Objicitur propudiosè furiosus, dum apparet ex lege maiestate severus, seputa ab odio latitante, charitate, in legis punitivæ ostentatione; qua quidem duntaxat legis offentatio, iudice implacabili odio: igitur eò putridis visceribus crevit pravitatis; ut in ultionem diligatur iniquitas. Hebr. Amator violentia vulnus anima sua. Inducitur vindicis malignitas, & cordis virulentis perveritas, ubi invehitur in peccantem, quod ducius in errorem: equidem in plagas & vulnera delinquentis ob truculentiam adducitur; quantumvis ex vulnere lethaliter vulnere retur. Ita pius, non peccatis, sed peccantibus iratus, quo animus tristis eo miserius dolet, quo pravus gaudet de suavitare indolis, dum pervenit usque ad ultimum potentie crudelitatis, quod etiam affectavit Calvas Noto, in cuiuslibet dicit, ex extremo supplicio. Quò contentus abuteretur patientia hominum, nunquam tristiore sententiam, sine prafatione clementia pronunciat: ut non aliud iam certius atrocis exitus signum esset, quam Principis (affectata) clementia. Ita Sueton. in eo, cap. 11. O tempora! O mores! Sed hoc aliàs.

9 Hinc oritur exacerbatio vulnerum, ab applicante remedium; quoniam curatio vulneris maius atque vulnus sensibilibus, eò quòd plus quam ganguius rubefcat pudor, modò percutiatur honor. Non fecis questi de Alexandri Magni furor, milites veterani. Tunc univèrsi sentes (ait Iustin. lib. 12.) Regem adeunt, orant supplicijs suis potius saturare se, quam contumeliji. At quid ex potestate inflato, infanz fortuna sponso? Qua moderatione obtinuerunt, ut undecim millia exauctorares. Quærebatur errorum, ut fatiretur fastidium. Unde cum eius furor inexplicabilis esset, in ultionem præter supplicia maius excogitavit, ferire percussorum honorem, ubi sine crimine (ut ostenderet) vulneravit auctorem. Peccantes (quid innocentes? dicit Senec. d. lib. 1. cap. 14.) quid habet ut oderis, cum error illos in basis.

Qui diligit iniquitatem, odit animam suam: altric Psalmodigraphus. In iudice probo videtur amor in odio, odium verò in amore iudice pravo.

Ad mala quisque animum refert sua, ponit amorem. Tom. VI.

4. Reg. 13. 17.

Martial.

Ac dolor dolore expellitur.

Euripid.

Villar.

Pœna non pro delinquente, sed pro crimine.

Pœna in peccatum, non in peccantem.

Seneca.

Hebr. Violentia ma levitatis, homo castigatur, & non culpa.

Sueton.

Iustin. Delinquentes compescuntur supplicijs, non contumeliji.

Senec.

Plin.

Dalecamp.

Delictia cur respiciat.

Non venatur, qui vexatione sanitati resistitur.

modi delicta compellat? Non est autem prudentis, errantes odisse. Melius est ad rectum iter admoveere, quam expellere. Sic legis & rationis tenor, sed non potestatis furor, qui non faciat, ni simul cum corpore auctoritas vulneretur. *Disrumpens suam*, est phrasit Scripturæ, ut fusc egimus *Tautolog.* 4. Quomodo aliter? Prompte in prudentia singulari vindicis. Ubi subditorum ex malitia aut fragilitate noxa; in exemplum vel supplicium, vel utrumque cum gladio accedit iustitia. Disrumpit, ubi peccatum in peccatore plectit: scindit in disruptione, cum castigatur subditus sine crimine. Disrumpit, modo ex pœna sit flagitij vel erroris curatio: scindit, ut non erroris, sed errantis sit correctio. Disrumpit, quomodo dicitur peccatus: scindit, si fit ex medicamento vulnus. Disrumpit, ubi ostensione severæ disciplinæ charitas later: scindit quomodo zeli titulo malignitas exardescit. Disrumpit dum propter iustitiam corrigitur error: scindit verò si percutitur honor: at cum furor omnia proculceat, & phronesis cuncta ad amissum obferret; ubi prudentia, valet esse disruptio sine scissura: quandoquidem iustitia plectit peccantis integerrime crimen, verum non percutit cum vulneribus honorem. Non scinderet, si disrumpens rectitudinem errantium baculo quarteret. Maneret, qui penas luit, ex parte læsus ac ex parte vel cum vulnere auctoratus: ceterum cum potestas effrenis malignitate cordis dilgat iniquitatem, ut deturpet pravè honorem; dum videtur ad speciem errantes dirigere in iter rectum, urget protervè dolosus in immane præcipitum.

10 Iustitia apud Ethnicos, uti hic observavimus ex Chartar. T. 1. D. 6. n. 2. pingebatur cum ense atque bilance. Bilanx signatur ad æqualitatem legis, quippe videtur excessus, quando delirat amissis. Innoit N. Gloriosus Patriarcha, d. instruens Præsidentem, imperfectum vindicem. *Cum de alienis ratione cavet, redditur de suis sollicitus: & cum de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat; ipse efficitur à vitij emendatus.* Altipulator floride Stoicus Cordubens. ubi dudum, *Cogitet* (subdit) quàm multa contra bonam morem faciat, quàm multa ex his que egit, veniam desiderent. *Iam irascitur etiam sibi: neque enim aquus iudex aliam de sua, aliam de aliena causa sententiam fert.* Non itaque erit iudicium, tunc sic in alios educere gladium. Hic etiam iustitiæ datur, ut crimen, non innocentia subditorum inguletur: igitur nequaquam secundum ad lubitum potestatis,

3. Reg. 14. 11.

Nec vuln. randus est honor.

Imago iustitiæ.

S. Bened.

Senec. Haud pœna ex numeris potestatis, sed ex lege.

sed ad stateram legis. *Malè enim imperat* (inquit Novarin, in *Umbr. virgin.* Excurs. 64. n. 633.) *qui in imperio solum cogitat imperium.* Non est iudicij auctoritas, sola potestas. Alia in imagine timor. Gladius habet similitudinem lingue: ad pondus bilanx designatur sine pondere: iungunturque in iustitiæ expressionem; propter verborum examen: equidem audire vindicis sine pondere verbum, sanè videre in furiosi acutus. Lingua eius gladius acutus. *Ante faciem eius ibit mors.* Chald. *Ibit verbum:* sit circumspectio, bilanx ne titulo iustitiæ gladius latefeat in verbisistiguit quod imprudenti videtur iustitia, ni liberet charitatis stateræ; errans percutitur, verum honor ingulatur. *Subannaverunt me subsannatione:* dicit David. Quod videtur clarissimum ex supposito, exprimit pravitatem in Præside turbulento, ducto sine iudicio velamine zeli, specie apparente iustitiæ in expulsionem criminis virgis & verbis, sine examine bilanx, quippe digladiatur, effudit, vomit, quicquid in buccam venerit in subsannationeque dicitur subsannatio; quoniam sine illa, illa invenitur in vindice statuto: quandoquidem si pœna aut increpatio dirigenda in crimen & nequaquam in honorem; dum reprehensione ingulatur honor, errans nequam reprehenditur, sed sine subsannatione subsannatur. Pudet vulneris, quem pudet erroris: & ubi gladius in bilance pro correctione criminis est, sine honore etiam flagitij non pudet, quippe tota medicina & vulnus sine remedio, si vulacris non sanatio, sed subsannatio. Crescit tumor, quoniam ut ait Publ. Syr. in *Mimis*, v. 117. *Ubi turpis est medicina, sanari piget.*

11 Unde cum verba dirigi quoque debeant in ægrotantium salutem; etiam dum fecant, sunt deducenda in bilancem, ut ratione atque prudentia librata, possint esse medicina: etenim cum amor proprius maculam uti decorem defendat, & zelus Præsidis abluere in munditiam satagat; opus est arte in curationem vulneris, quippe sine illa curatio non est opus curatiois. *Medicum* (subdit Senec. d. lib. 3. cap. 39.) *cum Regia siliam curare deberet, nec sine ferro posset; dum tumentem mammam leniter fovet, scalpellum spongiam teclam induxisset. Repugnasset puella remedio palam admoto: eadem quia non expectavit, dolore tulit.* Dissimulatur pharmacum in remedium, ut in vulnus medicus dirigit gladium; quippe dolens nequaquam ne dolet, expectaret; si vulnerandus sciret *Curavimus Babylonom* & non est sanata. Haud facile quibus sanari,

Novar.

Habac. 3. 5.

Psal. 34. 16. Finalis in pœna, sit moderata lingua.

Pub. Syr.

Industria prudentia qualis in vulnerum curatione?

Senec.

Terent. 51. 9

ri, cui lethali vulnere videbatur, nulla indigere curatione. Videbatur medico, à quo in medicam ferri cogitata ex arte dissimulatio, sed dolorem non tulit, quippe se faciam non sensit: agrèque audit medicam in salutem, qui nullam in se percusso cognoscit infirmitatem. Quapropter perit ars, ingreditur serpens mors; quia quò peiores, sunt delicatula subditorum aures.

Salutem non recipit, qui se infirmum non cognoscit.

Cant. 1. 11.

12

Ghisler.

Cur subditi increpatione non cur reddi

Plin.

Haud facile corrigitur, cui placet error.

lare præsumit aureo colore, dum ab alijs multiplices notatur maculae. Haud facili de decore rubor: & in philautis obsequio iudicio ita fovetur error; ut maculae studiosè serventur, quousque moriantur. *Aceti gustu eis in rabiem agi:* subdit Plin. Hinc factæ muræna aures rebellium, uti virtutes vitia contemplantium: etenim cum correctio adinstat aceri pungat, & amor proprius maculas uti splendentes defendat; minimè audiunt correctionem, quia reprehensione agitantur in rabiem.

13 Ulterius: *Antonia minor mater Id. Germanici Cesaris muræna, quam diligebat, inaures addidit:* dicit Plin. ibid. cap. 55. & ex illo Ravil. loc. cit. E contra Spongia fabricantur inaures murænarum officij distinctæ punctis, ac ornatae vermiculis; ut pretiositatem æstimer reprehensionis in cultum aurium, sine frequenti imperfectione audientium: equidem dum verba uti inaures aures vulnerant, pectora vulnere verminant. Inaures lobis auriculæ feminatum suspèduntur, ne illarum oculi superfluitate capitis obtenebrentur (crebrò obsecrantur vigilis subditi, capitis superfluitate) & clarè ut maculas videant, ubi splendorem uti cęcutes cogitant: sed ira audientium pervertit usum ac beneficium inaurium: igitur si naures ornant, & pendunt ut lumina clarè videant; quantavis à cæcitate qui obstinati liberentur (quippe vulnerant in aures) ipso lumine obsecrantur. Ergo proprius in scopum Didascalæ. Imperfecta erat Spongia, quæ mollibus ornanda. Curari debet, sed sine ferro medicina non valet. Inaures necessariae inflicto vulnere. Necessariae? *Murænas aureas faciemus tibi:* equidem modò dilecta curetur, quantvis aris percutiatur. Illa sibi videbatur formosa, cum esset nigra, adinstat muræna uti stellas cogitans maculas. Clarè cuncta videbuntur, modò tanquam inaures reprehensione auriculæ perforantur: inauresque in vulnera conficiendæ ad sanitatem Spongiæ; quoniam modò clarè videat, quantavis vulnera sentiat. Quædam non sanantur, ubi infirmi non fallantur. Spongia tegitur scalpelli acies, ut non sit dolor in dolore vulneris: repugnasset utique puella remedio palam admoto: inaurisque fit in salutem Spongiæ, ne suspicetur de vulnere: igitur inauræ auricula vulneratur, verum vulnus à patiente non videtur. Muræna ergo fabricandæ in ornatu auris, sed manu artificis. Unde igitur artificium? Quia ex vulneribus in pulchritudinem fortiantur maculas, subditi philautia plenus ostendit tanquam stellas. Uti cœlum ruti-

Plin. muræna si cur reddi non cur pugnat.

Modus est intus cor reddi.

Cant. 7. 1.

far. Post inauris ornatus deseruit, ut pulchritudo sine imperfectione rutilet, venustate nata ex vulnerante inceptatione susce-pta. Iam formosa, quae erat nigra turpitudine coloris per ingenium meditata artificis, serens patienter dolorem, propter infernam ex inaurate venustatem: siquidem considerata ex vulnere perfectione, quae vulnerata gratulatur de vulnere.

14 Demum. Insignis manus artificis in laboratione imaginis distincta punctio- bus, clavis, vulneribus; ut Praefidis pruden- tis ducti zelo consideretur introitus. Sponsus inauris Sponsa format, & auricu- lam vulnerat. Etiam mos in servitate, sed sine inaurate. Si dixerit servus, Non egrediar li- ber; offeret cum dominus diis iudicibus, scilicet & applicabitur ad osium & poster, perforabitque aurem eius subula, & erit servus in saeculum. Patet discrimen Prae- fidis, zelo animatum in increpatione impulsis, ac simul Praefidis, in correptione agrati fu- roris. Uterque perforat aurem; sed ex inaurate & subula proferat intentionem, pro servitate contracta, vel pro libertate adepta: quidem ille vulnerat aurem, ut ornet: hic autem uti furiosus vulnerat tantum ut vul- neret. Hic non venit, nisi ut subula mactet sensum & perdat: ille venit, ut inauris vul- nere anima vitam habeat: & abundantius habeat: quia aurem perforat, ut audiat, & obediat, ut vera verè videat, & oculos usque in caelum attollat. Fastidium videtur incre- patione, caterum fastidium sine fastidio. Quos ab iniquitatibus nec flagella compe- scunt, tanto acriori invectione friendi sunt, quan- to maiore insensibilitate duraverunt. Plerun- que enim sine indignatione indignandi sunt, sine desperatione desperandi (inquit Gregor. Magn. 3. Pastoral. admonition. 14.) ira dumtaxat, ut & ostensa desperatio formidini- nem incutiat, & subulata admonitio ad spem reducat. Innuat Aristophanes in Aves, Act. 5. v. 60.

Dij pro In- dices. Eud. 1. 16.

Quomodo in illa pe- floris vide- tar zelus, vel virum

Greg. Mag

Azkroph.

Amoris si in- na simul- tar ira.

charitatem amicus fit corde (tamen) crimine indignetur facie) irascitur, sed gauderet, nil inveniens, quod subditis exprobraret.

15 Invenit Cordabensis. Ipsum quoque impetum (inquit, ubi n. 11.) quem non aude- det lenire, fallit. Removebit omnia ulionis instrumenta, simulavit iram, ut tanquam adiutor & doloris comes plus auctoritatis in consilij habeat. Prudentia elucet corre- ctionis ac dignitatis auctoritas, ubi nec aude- det hifcere commota iniquitas. Phrasia Scri- ptura est, ut egimus ex professo Tautolog. antec. n. 31. Dissipatione dissipabitur ter- ra, commotione commovebitur, agitatione agitabitur. Per terram intelligi homines pre- missimus supra. Ad quamnam igitur com- motionem fit allusio, ut ex illa hominum denoteretur commotio? Arbitror commotio- nem in correptione Praefidis, esse causam subditorum commotionis. Crimina sane plectenda, sed sine ira. Omne paena genus re- medij loco apponitur: nemo irascitur, cui meditari: subditisque de crimine non suscipit penitendum, quippe non respicit causam, sed Praefidis commotionem. Terra tre- mit & quiescit, cum exurgeret in iudici- um Deus. De Christi iudicio intelligunt Tertullianus Hieronymus & Genebrardus hic. Si terra quiescit, terra commota est. Car non dicitur commota? Quia a Domino sunt in correptionem iudicia, quin queri possit, dum severe corripitur; quia in crimen mo- vetur vindex, sed nequaquam commove- tur. Commotio iudicis gravitatem excusat criminis, quasi in correptione causa pendet ab eius ira, quae ducitur obliquo aver- so affectu in penam, & non in culpam. Totum genus humanum iudicandum est, & iudicandorum non auditur commotio, neque commotionis vox, etiam ubi stridim indi- catur; quia Deus in medio eius non com- movebitur. Terra tremuit & quiescit, cum Deus in iudicium furgeret. Agnoscat profecto crimen, qui tremat ad correctionem: im- mobilis vindex est, & pravum sine effugio, sine executione cor; quod commotionem fingit iudicis, quasi entitatem plectenda in- fingeret iniquitatis, ut satisfiat pectoris truculentia, sine criminis substantia: & ubi reus commotione iudicis de increpatione ridet, modò sine commotione pavet & tre- mit; quippe infligitur peccatoribus suppli- cium, iuxta quod praesentat speculum fla- gitiorum. Corrigenendus (praemittit Senec. d. lib. 1. cap. 14.) qui peccat: non sine casti- gatione, sed sine ira. Obiinetur, si qui dan- nandus, damnatur; & in correctionem cor- ripitur qui corripitur. Castigans castigavit

Senec.

Id. 14. 19.

Phil. 75. 94

Non commo- vitur de cor- reptione pec- cator, quia non sine commo- tione plec- titur error.

Senec.

Id. 117. 15.

mi Dominus, & morti non tradidit me. Qui impudenter commovetur, abdicat quod crimi- nem moriatur, vel non moriatur: qui mori- vetur sine commotione in supplicium, per illud peccatorem sollicitat saluum: minime- que moritur, qui a Domino castigatur; quippe non in cruciamen, sed duntaxat intendit in criminis correctionem. Ad Tom. 4. T. 12. à n. 32. Rixae sunt amantum, ut reintegretur arctius quae recessit flamma cor- dium.

Deus ple- dit, ut sal- vus.

Menand. III.

Pasillo amantum durat ira tempore.

DIDASCALIA III.

Quae mundo spectabilia, spectan- ti virulenta.

Q UAM deridiculus mundus, di- cit Bernardus. Fallax est; nec simpliciter fallere consuevit: ut enim multipliciter illudat hominibus (in- fit ferm. 1. de Divers. n. 1.) mutat faciem, mutat vocem: modò ait, modò negat, nec erubescit. Diversis diversa loquitur, inò & eidem diverso tempore contraria suggerit & adversa. Namquam in eodem statu permanet, quippe non habet statum, sed in fallaciam embolium, mutatione coloris, ut decipiat insipientes, quos varia decedat facies: igitur in illicium facies iam hominis, iam bovis, iam leonis, & aquilae à dextris & à sinistris. Canit Ethnicus de Proteo, 8. Met. fab. 10. Sunt quibus in plures ius est transire figu- ras. Nam modò te iuvenem, modò te videre leo- nem, Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse ti- merent, Anguis eras, modò te faciebant cornua tau- rum: Saepè lapis poteras, arbor quoque saepè vi- deri: Interdum faciem liguarum imitatus aagnarum, Flamen eras, interdum undis contrarius ignis.

Bernard. Mundu sal- lacia.

Ovid.

Figura in Prisco.

Cael. Rhod.

Sub huiusmodi specierum varietate velami- na veritatis ostendi; astruit Rhodigin. lib. 20. cap. 31. Dum ratione (inquit) ducitur ingenium ad veritatis indaginem, varia codruntur rerum forme, quae veritatis spe- ciem ostentantes, animis nostris fallaciarum nubila obiectant. Multa enim putamus vera ac bona, quae non sunt: Itaque Protei con- formatiq imaginum fallarum rationem conti-

net, quibus deludimur. Unde quia later, non cogitatur fallacitas veritas, & rationem in- fatuae deludens fallitas: quae animum fortis in dilectionem trahit, quia figuris ac figuris delectando deludit. Alia apodoti ex- primitur quomodo transit huius mundi fi- gura; dum pro entitate allectrice luminum, illis obijcitur apparentia. Figura Proci (quae tantum figura, ut gloria mundi) significari lucis impressiones in aere, ait Natal Comes, loc. Ovid. cit. & 8. Mytholog. cap. 8. Non est discrimen inter utriusque apparentem, fictam illuminationem: quandoquidem in deore pictus splendore mundus, nil aliud nisi ventus, vel aer ad dolum illuminatus. — Credam quid enim fallacibus Austris, Et caeli toties deceptus fraude sereni?

1. Cor. ubi infi.

Cur dicitur figura?

Virgil. 54 Aeneid. 74 Eclli. 34-44

2 A mendace quid verum? dicit Sira- cides. Quisnam mendax? Mundus fallax, cuius gloria duntaxat in figura sine gloria; quippe gloria in apparentia, qua fovetur vanitas, & fugit veritas: hominesque cogno- scentes mendacem, arbitrantur cupiditatem mulcimen; quoniam vanitatem diligunt, que- rentes mendacium, tantum ratione colorum. Ex exlimatione animi, pender feli- citas mundi. Mendax cognoscitur, si uti mendax despicitur; sed ita fascinat ama- tores in cupidinem; ut non cognoscant vel in mendacio mendacem. Veritas vol- luptatis per vifa quaeritur, sed quia mendax, nequaquam invenitur; supi- da ratione, vero ex deliciarum apprehen- sione, cruciamine: unde cum secuta ex coloribus mundi cogitatur voluptas, mitantur, quia non despicitur à corde, quomodo men- dax. Quoniam multus circa divitiarum rad- iantium splendor impediatur (inquit Senec. Epist. 115.) & intuentem hinc honorum, il- linc magnarum potestatum falsa lux verberet; tunc intelligere nobis licebit, quam con- temnenda miremur, simillimi pueris, qui- bus omne ludicrum in pretio est. Quid ergo inter nos & illos interest, nisi quod nos cir- ca statuas insanimus, carius inepti? Illos reperti in histore calculi leves, & aliquid habentes varietatis, delectant, nos ingenium macule. Maculae sanè rationis amor in rerum species, quum colorum levitas ani- mum allicit, ac sine amore etiam calor eva- nesceat: igitur ludicrum, fallax, mendax cordis depectui; quod pridem hiantis ser- viebat admirationi. Ut avvertatur humi- lis factus confusus, gloriam mundi descri- bit graphice Paulus. Praeterit enim (sub- figura vitas mundi). Quomodo eius sub- stantia & entitativa forma dicatur tantum figura; diximus alibi: modò hęc figura ani-

Unde homi- nitibus illud dit.

Seneca

1. Cor. 7 31.